



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui victi fuerint aliquos ad falsum testimonium attraxisse. viii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De illis qui conuicti fuerint aliquos ad falsum testimonium attraxisse. Cap. VIII.

Siquis conuictus fuerit aliquos ad falsum testimonium, *Ex cōcil. Aquis-*
 vel periurium attraxisse, aut per quamcunque cōfrū- *gran. cap.*
 pationē sollicitasse, ipse quidē vsq; ad exitū non cōmunicet. *9.*
Ut res finita refricari non debeat. Cap. IX.

De his criminibus de quibus absolutus est accusatus, *Ex cōcil. Mogūti.*
 refricari accusatio non potest. *cap. 7.*
De illis qui a suis iudicibus pulsati non fuerint. Caput X.

Pulsatus ante suum iudicem causam dicat, & non ante *Ex decre. Euseby*
 suum iudicem pulsatus, si voluerit taceat: & vt pul- *papa, ca.*
 sato, quoties appellauerit, induciā dentur. *20.*
Vi nullus infamis religiosum Christianum accusare possit. Caput XI.

Nulli infami & sacrilego de quocunq; negocio liceat *Ex decre. Felicitis*
 quādoq; aduersus religiosum Christianum, quamuis *papa, ca.*
 humilis, seruilisq; persona sit, testimonium dicere: nec de *7.*
 qualibet re, actione, inscriptione, Christianum impetere. *7.*
De falso teste quod non debeat impunitus abire. Caput XII.

Falsus testis, dicit Salomon, non erit impunitus. Qui *Ex dictis Augusti.*
 falsum testimonium profert contra proximum suum, *7.*
 extinguetur lucerna eius in die vltimo. Qui meru cuiusli-
 bet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se pro-
 uocat: quia magis timet hominem, quā Deum. Falsidicus
 testis tribus personis est obnoxius. Prinū Deo, cuius prae-
 sentiam contemnit. Deinde iudici, quem mentiendo fal-
 lit: postremò innocētī, quem falso testimonio laedit. Si fal-
 si testes separantur, mox mendaces inueniuntur, Vterque
 reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit:
 quia & ille prodesse nō vult, & iste nocere desiderat. Beat⁹
 cuius testimoniu in conspectu Dei probabile inuenietur.
Vi nemo absens diudicetur. Cap. XIII. *Ex epist. Zepheri.*

NE M O absens iudicetur: quia humanae & diuinae hoc *papa Si-*
 prohibent leges. Nullum nanque eorum, id est, accu- *ciliēsbis*
 satorum sententia non a suo iudice dicta constringat: quia *episcopis*
 & seculi leges id ipsum fieri praecipunt. *missa.*